



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXIX. Notitia de homino forbatudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

tos per temet ipsum soluere facias:
 & nec nos ipsi, nec ullus de successoribus nostris, nec quislibet de parte nostra, ipsas res tempore vite tua,
 tibi abstrahere, nec minuere non debeamus. Et ut has litteras firmius
 post te retineas, manu propria subter decreuimus adfirmare.

XXIX. N O T I T I A D E
homine forbatudo.

NOtitia qualiter vel quib. praesentibus, veniens homo aliquis, nomine ille, in pago illo, in loco qui dicitur ille, in mallo publico, ante ipsum Comitem illum, vel alios bonos homines qui subterfirmauerunt posita manu sua super sacrum altarium sancti illius sic iuratus dixit: Hic iuro per hunc locum sanctum, & Deum altissimum, & virtutes sancti illius, quod homo aliquis nomine ille, ita factus, cum armis suis su-

per me venit , & colpus super me misit , & sic mihi Dominus directum dedit , ego ipsum de armis meis percussi , & tales colpus ei dedi pro quib. ipse mortuus est , & quod feci super me fecit , & ego hodie ipsum facio infra damnum & forbatudū infra noctes XLII. sicut lex est & nostra cōsuetudo , apud tres aloarii , & XII. conlaudantes iurauerūt , & linguas eorum legibus direxerunt.

XXX. INDICVLVS REGALIS.

Ille Rex Francorum vir inluster , magnifico fratri illi Comiti . Cognoscas quod iste præsens ille missa petitione suggestit , eo quod homo aliquis nomine ille , res suas in vestro ministerio ad sanctum illum delegasset , & dicit quod ille , vel alij homines ipsas res contendunt malo ordine . Propterea omnino te ro-

Q iiij